

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum sexaginta
nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA ANACLETI PAPE DE OPPRESSIONE EPISCOPORVM, ET DE
ACCVSATIONE EPISCOPORVM, DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET
DEPRIMATIBVS ET DE PATRIARCHIS EORVMQVE MINISTERIIS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and admissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

munē vitā duxere, unde (vt bene nostis) erat multitudinis eorum corvū & anima vna, nec quisquā eorum aut nostrum de his que possidebat aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant cōmunia nec quisq̄ egens erat inter nos. Omnes autem qui domos vel agros possidebant vēdebāt eos, & precia eorum & reliquas res quas habebāt afferebant ponentes ante pedes apostolorum, sicut nobiscum quidā vestrum cognouerunt & viderunt & diuidebatur singulis pro vt cuiq̄ opus erat. Ananias autem vir austerus, & saphira vxor eius, qui mentiti sunt apostolis de precio agrorū suorum quos vendiderāt nobis presentibus in conspectu omnium astatiū, a cōspectu apostolorū ppter peccatū eorum, & mēdaciū quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Cetera que de talibus cognouimus & vidimus nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hec vobis cauēda mandamus, & doctrinis & exemplis apostolorū obedire precipimus, quia hi qui mandata eorum postponunt non solum rei sed extorres fiunt. Que non solū nobis cauēda sed omnibus predicanda sunt. **¶** Relatum est etiā nobis quod quidam in vestris partibus commorātes aduersantur sanis doctrinis, & pro vt eis videtur non secundū traditionē patris, sed iuxta sensum suum docere videntur. Multas enim quidā vt audiuius nostrarū partium secundū ingenium hominum ex his que legunt veri similitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandū est vt & lex dei cū legitur non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. sunt enim multa verba in scripturis diuinis que possunt trahi ad eum sensum que sibi vnusquisq̄ sponte presumpsit, sed fieri non oportet, non enim sensum quē extrinsecus attuleritis alienū & extraneum debetis querere, aut quomodo ipsum ex scripturarum auctoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum qui eā a maioribus secundū veritatem sibi traditā seruat, vt & ipse possit ea que recte suscepit competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integrā quis & firmā regulā veritatis suscepit, absurdum non erit si aliquid etiā ex eruditōe ac liberalibus cōmune studiis que forte in pueritia attigit ad assertiōē veri dogmatis cōferat, ita tantū vt vbi vera didicit, falsa & simulata dedinet. Incertū est enim etiā iuuenibus vite tēpus, senibus autem iam nec incertū est: nō enim dubitatur quod quātūcūq̄ est quod putatur super esse breue sit. Et ideo tam iuuenes quā senes oportet de conuersiōe & penitentiā valde esse sollicitos, & satis agere vt de reliquo ornent animā suam ornamentis dignissimis, id est dogmatib⁹ veritatis decore pudicitie, splendore iusticie, cādore pietatis aliisq̄ omnibus, quibus cōptam decet esse rationabilem mentem. Vnde consiliū dantes vestram pudicā prudentiā hortamur, vt ab apostolicis regulis non recedatis, sed cōmunē vitam ducentes & scripturas sanctas recte intelligētes que domino voluistis adimplere satagatis, & cum oratione assidua dei gratiam obtinere merueritis. Tunc sine suspitione mali interitus, vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis Amen.

INCIPIVNT DECRETA

ANACLETI PAPE DE OPPRESSIONE EPISCOPORVM, ET DE ACCVSATIONE EPISCOPORVM, ET DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET DE PRIMATIBVS ET DE PATRIARCHIS EORVMQVE MINISTERIIS.

B



ANACLETVS SERVVS CHRISTI IHESV IN SEDE apostolica domino seruiens, episcopis omnib⁹ & ceteris cūctis fidelibus qui cōequalē nobiscū fortiti sunt fidē, gratia vobis & pax, atq̄ consolatio multiplicetur a domino in secula. Benedictus deus & pater domini nostri iesu xpī, qui secundū magnā miā suam regenerauit nos in spē viuā per resurrectionē iesu christi ex mortuis in hereditatē incorruptibilē & incontaminatā & immarcescibilē conseruatam in celis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo, in quo exultabitis modicū nunc si oportet contristari in variis tribulationibus, vt probatio vestre fidei multo preciosior sit auro quod per ignē pbatur, si tantū tribulationibus experti probati inueniamini. Patientes estote dilectissimi quia patientia probationē operatur, pbatio vero spem, spes autē non cōfundit. Ecce agricola expectat preciosum fructū terre, patienter ferens donec accipiat tēporaneū & serotinū. Si agricole hec patienter ferunt pro tēporalibus fructibus, quāto magis vos p eternis

vos pro eternis patientes esse debetis. Estote ergo patientes, & confirmate corda vestra, ut adueniente iudice christo, leti & probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assidet. Exemplum accipite charissimi laboris & patientie prophetas, qui locuti in nomine domini sunt. En beatificamus qui sustinuerunt, sufferentiam iob audistis, & sine domini vidistis quoniam misericors & miserator dominus est. Tribulationes vestras audiui fratres tam per nostros quam & per aliorum apocryphos, super quibus valde dolemus vobiscum copati mur, & auxilium terre pro ut ipse largitus fuerit qui pro nobis non solum tribulat, sed etiam passus est parati sumus. Nolite mirari charissimi qui persecutiones patimini quasi noui vobis aliquid contingat, sed comunicantes christi passionibus gaude, ut & in reuelatione glorie eius gaudeatis exultates. Si exprobramini in nomine christi beati eritis, quoniam quod est honoris glorie & virtutis domini, & qui est eius spiritus super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatut quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor. Si autem ut christianus, non erubescat, glorificet autem dominum in isto nomine quoniam tempus est, ut incipiat iudicium de domo domini. Si autem a nobis primum quis finis eorum qui non credunt dei euangelio. Et si vix iustus saluabitur, impius & peccator ubi parebunt. Itaque & hi qui patiuntur fidei creatori commendat animas suas secundum voluntatem domini in benefactis.

A Nam ut ait beatus clemens predictus antecessor noster similis est omnis ecclesie status nauis magne, que per undosum pelagus diuersis e locis & regionibus viros portat, ad unam potestatis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis auctor huius omnipotens ipse deus, gubernator vero sit christus, tum domini prore officium episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui catechizant nautologos conferantur. Episcopus autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur, ventorum vero varietates & turbine diuersis temptationibus conferantur persecutiones tribulationes siue pericula fluctibus exequuntur. Terreni vero spiritus qui vel de torrentibus vel de conuallibus spirant, pseudo prophetarum & seductorum seu prauae doctrine verba docentur, promotoria vero & loca confragosa hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minantur ac mortes rithalasia vero loca qui duplicibus unde fallacis estibus verberantur dubiis mente & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fide nostra ratione discutunt, hypocrite vero & dolosi piratis similes habeantur. iam vero rapidus vertex & tartarea caribdis & saxis illi sa naufragia ac mortifere submersiones quid aliud estimanda sunt quam peccata. Restat igitur ut hec nauis cursu prospero tuta possit portum desiderate urbis intrare, & ita domino precem fundere, ut nauigantes mereantur audiri.

B Audiuius fratres quod quidam detrahunt & accusant sacerdotes domini, cupientes eos danari non intelligentes forsitan quod iniuria sacerdotum ad christum pertinet cuius vice funguntur. Nec hoc aspiciunt quod beatus petrus princeps apostolorum instructor noster ait. Deponetes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes & inuidias & omnes detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, & dominus per prophetam inquit, qui vult vitam diligere & videre dies bonos coerceat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum, & cetera. Qui autem ista transgrediuntur profecto transgressores legis domini & contemtores atque inobedientes eius preceptis existunt. Vnde & beatus iacob apostolus ait. Si diligitis proximos sicut vos ipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores & cetera. Et beatus ac predecessor noster clemens vir apostolicus & spiritu domini plenus vna cum reliquis sanctis collegis suis statuit dicens. Accusandi vel testificandi licetiam denegetur omnibus qui christiane religionis & nominis dignitatem & sue legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerunt. Transgressores enim ipso legis sue eiusque violatores & recedentes apostate nominentur. Omnes enim apostata reuocandus est ante reuersionem suam, non in accusatioue recte agentium aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Quicumque autem ut ait apostolus iacobus totam legem seruauerit offendat autem in vno, factus est reus omnium. Qui autem dixit non mechaberis, dixit & non occides. Quod si non mechaberis occidas autem, factus es transgressor legis. sic loquimini & sic facite, sic per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam, super excellet autem misericordia iudicio, & dominus ait. Nolo mortem peccatoris sed ut magis couertatur, & viuatur. Et multa talia horumque similia. Nemo enim (inquit apostolus) vestrum sibi viuunt & nemo sibi moritur. siue ergo viuimus siue morimur domini sumus: in hoc enim christus mortuus est & reuixit, ut & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum aut tu quare spernis fratrem tuum. Omnes enim stabunt ante tribunal domini scriptum est enim. uiuo ego dicit dominus quoniam flectetur michi, omne genu & omnis lingua confitebitur domino. Itaque unusquisque vestrum per se rationem reddet domino.

C Non ergo amplius inuicem iudicemus

sed hoc iudicate magis nec ponatis offendiculū fratri vel scandalū. scimus enim quia multum de rogatio preualet, quando derogator creditur fide dignus. ideo fratres variis detractationibus & accusationibus nō oportet labefactari iudices & primates ecclesie, sed magis apostolorum & doctorum regulis informari & roborari. vnde iustum est omnes in vniuerso romanorū orbe doctores legis, ea que legis sunt recta sapere & operari, & non regulas nascentis ecclesie confundi: aut fidem aut doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis nec fratres, infestare. Si autem omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent, superuacuis enim ad beneficia laborat impendū, qui solem certat facibus adiuuare, ideo si aliquis putat domino in hoc placere quod seruos suos accusat, & vt meliores fiant dicit se hoc agere, in vanū laborat & plus inuidie stimulis agitur, quā charitatis, quoniam gratie plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit cōmendationis augmenta. Erigunt ergo doctores conscientias suas, & si quando incertis temporum flatibus opponuntur sustinent mala que seculis magis sunt ascribenda quā meritis, datā enim scimus sathane potestatem, vt seruos christi cribraret vt quod de tritico inueiri posset horreis ingereretur, & quod de paleis ad igniū alimenta transiret. ad vos specialiter dictum est. Nolite timere pusillus grex, placuit patri vestro dare vobis regnum, venit inter vos gladius perfidorū, vt marcida ecclesie mēbra refecaret, & ad celestē gloriam perduceret. Quos habeat christus milites certam ostendit, qui triumphū mereatur per bella cognoscuntur. Scimus autē multos ob id infestare doctores, vt eos perdant & propriē voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores inquātū vires suppetunt a recta emulatione, & bona intentione recedere debent, scientes quia beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, nichil autem illo est pastore miserior, qui luporū laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit atq; ab hiis amari delegerit, erit hinc ouibus magna perniciēs. Nullus ergo pastorū placere lupis & gregib; ouium potest, perdit enim laboris memoriā mens terrenis obligata carcerib;. Sicut artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est negligentia. Nullus ergo preiudiciū alteri faciat, neq; quod sibi fieri non vult exerceat. Nemo dictū de aliquo inueniat: quod in eius actibus non agnoscat. Ego autē labefactā, non solum quietē meam sed & salutē inimicorum multitudine & rumorū procellis agnosco, potēs est diuinitas immensa tempestatis incerta bono serenitatis amouere. Et quid aliud si christus passus est pro nobis nobis, relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius & apostoli passi sunt sequētes eius exemplum, & reliqui patres, nisi vt sequamur vestigia eius tam doctrinā eorum quā exemplum & patiamur aduersa pro christo, & cum patribus atq; cum fratribus crucem portemus, eorumq; tribulationib; cōpatiamur, vt xpī veri discipuli inueniamur, qui dixit qui vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, & reliqua presumptio est si dominorum beneficia, famuli non sequantur.

A Obsequium ergo estimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim quod plus creditur filii vocabulū valere q̄ obsequium, & non queritur quod in amoris lance promoueas sed quale ad preiudiciū estimandi nomen apponas, cum apud prudentes frustra sobolem diximus nisi exhibeat quod videtur. Ego vero volo errore meo alias culpas asserere, vt factū quod doleo admisisse conuincar. Odisti (inquit dominus per prophetā) omnes operantes iniquitatem, perdes loquētes mendacium. Virū sanguinum & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordie tue, introibo in domū tuam adoraboq; in templo sancto tuo, in timore tuo. Domine deduc me in iusticia tua propter incantatores meos, dirige ante faciem tuam viam meam, non est enim in ore eorum rectum, interiora eorum insidie. Sepulchrum patēs est guttur eorum linguam suam lenificant, condemna eos deus, decidant a consiliis suis iuxta multitudinem scelerum eorum expelle eos: quoniam prouocauerunt te. Et letētur omnes qui sperāt in te, in eternum laudabunt nomen tuum. Et proteges eos, & letabuntur in te qui diligunt nomen tuū, quoniam tu benedices iusto. Domine vt hasta placabilitatis coronabis eum, deo enim sacrificātes perfecte, non debēt vexari, sed portari, consolari, atq; ab hominibus venerari. Ipsi autem quando domino sacrificant non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeāt, vt domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis pbātur. Aut nāq; auctoritas legis diuine, vide ne offeras holocausta tua in omni loco quē videris, sed in loco quē elegit dñs deus tuus. Ep̄s dño sacrificās testes vt p̄fixū est secū habeat, & plures quā alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimoniū incrementatiōe indiget. In solē nonibus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres diacones, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos atq;

nos atq; reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis in fronte & a tergo, & presbyteri e regione dextra, leuaq; contrito corde & humiliato spiritu ac prono stent vultu, custodientes eum a maliuolis hominibus, & consensum eius prebeant sacrificio, peracta autem consecratione omnes communicet qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta romana tenet ecclesia. Seruite (inquit dominus per prophetam Dauid) in timore, & exultate ei cum tremore, adorate pure, ne quando irascatur & pereatis de via. Ille enim non perit de via qui recte graditur, & precepta custodit maiorum. ¶ Doceri ergo omnes oportet qui domini sacerdotio funguntur, ut ceteros instruant & sibi proficiant, scriptum est autem. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Et alibi. Populus autem sciens dominum suum obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos, ipsa enim veritas per se infert & dicit. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, ille procul dubio scandalizat est in deum qui recte non docet, & qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem. Impie namque agentes sunt impii, neque intelligunt omnes impii, porro docti intelligent, omnes enim inuicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nolite (inquit) Iohannes apostolus omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Quoniam pseudo prophete exierunt in mundum. Et idem, ipse alibi ait. Vos quod audistis ab initio in vobis permaneat, si in vobis permanserit quod ab initio audistis, & vos in filio & patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse pollicitus est vobis vitam eternam, hec scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos vnctio quam accepistis ab eo maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus & verum est, & non est mendacium & sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filiioli manete in eo, ut cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo, in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filii dei nominemur & simus, propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum, charissimi nunc filii dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas, & scitis quia ille apparuit ut peccata tolleretur, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet non peccat, & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. ¶ Filioli nemo vos seducat. Qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat, in hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est, in hoc manifesti sunt filii dei & filii diaboli. Omnis qui non est iustus non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum, quoniam hec est annunciatio quam audistis ab initio ut diligamus alterutrum non sicut cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum, & propter hoc occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iusta. Nolite mirari fratres si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres, qui non diligit manet in morte, ois qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in semetipso manentem. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus cordi nostro, quoniam si reprehenderit nos cor nostrum maior est deus corde nostro, & nouit omnia. ¶ Charissimi si cor nostrum non reprehendit nos fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. si mandata eius custodimus, & ea que sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filii eius Iesu christi, & diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis, et sicut deus creator qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, iustus, patiens, atque mitis et misericors, et cetera sanctarum virtutum insignia, que de eo leguntur, ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus esset et iustus, ut patiens, atque mitis, mundus, et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propius est deo et maior est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero quod absit aliquis per deum vitiorum et diuortia criminum ab ha-

nobilissima sui conditoris similitudine, degener oberrat. Tunc fiet de eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini esse quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor de quo legitur. Dominus regnavit decorem indutus est, id est omnium virtutum splendore & totius bonitatis decore ornatus, vel quod maius homini potest esse dedecus aut infelicio, miseria quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum, iumentorumque similitudinem delabatur. Quapropter quisque diligentius attendat prime conditionis sue excellentiam & veneradam sancte trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis diuine ad quam creatus est nobilitatem morum, executionem virtutum, dignitatem meritorum habere contendat, ut quando apparuerit qualis sit tunc similis ei appareat qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo adam condidit, mirabiliusque in secundo reformauit. Omnis ergo homo qui ad imaginem dei factus est, illum debet imitari, cuius ad imaginem conditus est, illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum precioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedignatus, quem proculdubio inueniet si in eum totam spem iuxta psalmiste vocem proiecit, ait namque, proice super dominum curam tuam & ipse te enutriet, nec dabit in eternum fluctuationem iusto. Omnis enim homo in sua causa deficiens & in suis hesitans consiliis querit sibi amicum fidelem, in cuius consiliis confidat, qui in suis diffidebat, & talem fiduciam habet in illo ut omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat.

A **Q**uid dulcius est quam ut habeas illum cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cum hominibus fiunt quanto magis cum deo, hoc est agendum, qui omnes vult saluos fieri & neminem perire. Nam si veraciter deum credimus, eumque diligimus ut debemus & proximos sicut nosmetipsos in eum quoque totam spem proiecerimus nostram, ipse nos eripiet & consolabitur. Et sicut per angelum suum Abacuth prophetam cum prandio in lacu leonum ad danielē vatem misit, & philippum unum de septem diaconibus ad eunuchum ita dabit nobis consolationem & liberationem. **H**ec sectamini charissimi, & nulli unquam nocete. Fratres estis, inuicem vos diligite ut veri dei discipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda virorum inficit, malitiam inter homines spargit, & qui detrahit fratrem suum, hic homicida est. Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitur hoc peccatum non esse, homicide particeps est.

Pater noster, sine dubio deus est, qui nos creauit, mater nostra vero ecclesia, que nos in baptismo spiritualiter regenerauit. Ergo qui christi pecunias & ecclesie rapit, aufert, vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum iusti iudicis esse deputabitur, qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur, qui autem pecuniam vel res ecclesie abstulerit sacrilegium facit. Priuilegia enim ecclesiarum & sacerdotum sancti apostoli iussu saluatoris intemerata & inuiolata eius decreuerunt manere temporibus.

B **L**eges ecclesie apostolica firmamus auctoritate & peregrina iudicia submouemus, vnde & dominus mentionem faciens Lotham Moysen loquitur dicens, ingressus es, quidam inquit, ut aduena nuncquid ut iudices? Vnaqueque prouincia tam iuxta ecclesiasticas quam iuxta seculi leges suos debet iustos & non iniquos habere iudices, & non externos nisi apostolice sedis huius decreuerit auctoritas, quatinus quicumque causam habuerit apud suos iudices iudicetur & non ad alienos causa vagandi stimulante propter suam vitam despicies patriam transeat. **S**ed ad duodecim eiusdem prouincie iudices, ad quorum iudicium omnes cause ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum apud episcopos interueniente primatu, siquidem maior causa fuerit, si vero minor metropolitano, si vero fuerit seculare apud eiusdem ordinis viros iudicio tam episcoporum cum apostolus priuatorum christianorum causas magis ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus libere sacerdotum si voluerit appellet iudicium & a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur & licet facile discerni non potuerint aut iuste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio quod per singulos annos bis fieri solet & debet iuste & deo placite coram patriarcha aut primatu ecclesiastico & coram patricio secularia iudicentur negotia in commune. Quod si difficiliore ortu fuerint questiones aut episcoporum vel maiorum iudicia aut maiores cause fuerint ad sedem apostolicam si appellatum fuerit referantur quoniam apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris, ut maiores & difficiles questiones semper ad sedem deferantur apostolicam, super quam christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum. Tu es (inquit) Petrus

petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et reliqua. Sit ergo fratres cōstātia nra aduer-
sus contentiones eorū qui aduersa sapiunt et non que dei sunt sapiunt, et erit fortior petra constantia
nra sicut scriptum est, ne timueritis ab eis, neq; terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animā
autem non possunt occidere. Quod autem in aure auditis predicate in lumine, illum timētes qui
potest animam et corpus occidere, et mittere in gehennā. ¶ Fratres mei in carne ambulantes non
secundum carnem militamus. Arma enim militie nostre non carnalia, sed potentia deo ad destru-
tionem munitionum consilia destruētes & omnem exaltationem extollentem se aduersus scien-
tiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem cogitationem in obsequium christo perducētes. De
cetero fratres confortamini in dño & in potentia fortitudinis eius, vt pax vobis multa & gratia a deo
& domino nostro Iesu christo ministretur. Amplectimur & osculamur acli presentes charitatē ve-
stram in vnitāte spiritus, in vinculo pacis, & charitatis christi. Propter quod charissimi expectantes
fatagite immaculati & inuolati inueniri in pace, & domini nostri longanimitatem salutem arbi-
tramini. Sicut & charissimus noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut &
in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficilia intellectu, que indocti
& instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas ad suam perditionem. Vos ergo fratres prescien-
tes custodite ne in sapientium errore traducti excidatis a ppria firmitate. Crescite vero in gratia &
cognitione domini nostri Iesu christi, & saluatoris. ¶ Vos autem charissimi memores estote
verborum, que predicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu christi, qui dicebant vobis quoniam
in nouissimo tempore venient illufores secundum desyderia sua ambulātes in impietate, hi sunt qui
segregant semetipsos animales spiritum non habentes, vos autem charissimi superedificantes vos-
metipsos sanctissime vestre fidei in spiritu sancto orantes. Ipsos vos in dilectione domini seruate ex-
pectantes misericordiam domini nostri Iesu christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudi-
catos, illos vero saluate de igne rapientes, aliis aut miseremini in timore odiētes eā que carnalis ē ma-
culatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, et constituere ante conspectū
glorie sue immaculatos, in exultatione soli deo saluatori nostro per iesum christum dominum nostrū
gloria, magnificentia, et imperium, et potestas ante omnia secula nunc et per omnia secula seculorū.
Amen.

A

B

ITEM EPISTOLA ANA- CLETI PAPE DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET RELIQVORVM EPISCOPORVM ATQVE SACERDO- TVM ET DE FIDE CETERISQVE CAVSIS.



ANACLETVS EPISCOPVS VNIVERSIS EPISCO-
pis in italia constitutis. Quoniam apostolice sedis debitam reuerentiam erga
me charitas vestra distribuit, quia plurimum charissimi filii prebuis-
tis. Nam licet ecclesie in qua sanctus apostolus residens docuit quodāmodo nos guberna-
cula teneamus tamen proferimus nos honore & sanctitate minores esse, et pro-
pterea omnino festinamus vt ad gloriam eius beatitudinis peruenire possim⁹
Igitur consultationibus vestris plenius respondissemus si licuisset, sed infirmi-
tatis ac reliquarum oppressio-
num onere pressi breuiter prout dominus tribuit, & vt a beato Petro
principe apostolorum sum⁹ instructi, a quo & presbyter sum ordinatus scribere vobis (sicut petistis)
non denegauimus. ¶ Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnib⁹ qui in eadem
fuerint prouincia episcopis, sunt celebrande. Qui simul conuenientes scrutinium, diligenter agant
ieiuniumq; cum omnibus celebrent precibus, & manus cum sanctis euāgeliis, que predicaturi sunt
imponentes, dominica diē hora tertiā orantes, sacraq; vnctione exemplo prophetarum & regū capi-
ta eorum more apostolorum, & Moyli vngentes, quia omnis sanctificatio cōstat in spiritu sancto, cu-
ius virtus inuisibilis sancto chrismate est permixta, & hoc ritu solemnem celebrent ordinationem.
Quod si simul omnes conuenire minime potuerint, assensum tamē suis precibus prebeāt, vt ab ipa
ordinatione animo non desint. Porro & iherosolimitarum primus archiepiscopus beatus Iaco-
bus qui iustus dicebatur, & secundum carnem, domini nuncupatus est frater, a Petro Iacobo & Ios-

C